...DAM CAPITA EX COMMENTATIONE AMPLIORE

DE

...HILIDE EJUSQUE CURATIONE ANTIPHLOGISTICA

...UNDUM OBSERVATIONES IN PRAXI NOSOCOMIALI.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICO-PRACTICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

...RATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

UT SUMMI

...MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE I. MENS. JUNII A. MDCCCXXXVIII

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

...L. ARTHUR. RAFFALOWITSCH

RUSSUS ODESSAEUS.

OPPONENTIBUS:

DE MIDDENDORFF, MED. DR. UNIV. CAESAR. DORPATENS.
HEIBERG, DR. PROSECT. IN UNIV. REG. NORVEG. CHRISTIAN.
AB ETLINGER, MED. ET CHIRURG. CAND.

BEROLINI,

TYPIS JULII SITTENFELD.

Nulli prae aliis addictum M

Max. St

VIRO

[C]ELSISSIMO, ILLUSTRISSIMO, NOBILISSIMO

COMITI

[M]ICHAIL SEMIONOWITSCH

WORONZOFF,

[...]e Russiae et Bessarabiae Gubernatori Generali, Exercitus pede-
[...]Duci Supremo, Imperatoris Caesareae Majestati jussorum feren-
[...]a Ministro summo, Consilii Supremi Imperii Rutheni membro,
[...]nis militaris venatorum Narvensium Duci; Ordinum inclytorum
[...]orum Sti. Andreae cum insignibus adamanteis, Sti. Alexandri
[...]ki cum insignibus adamanteis, Sti. Wladimiri in Classe I., Sti.
[...]gii in Classe II. magnae crucis, Stae. Annae in Classe I. cum
[...]nibus adamanteis — Exterorum: Gallici Sti. Ludovici, Angli Ba-
[...]is, Borussici Aquilae Rubrae in Classe I., Sardensis Sti. Mauritii
[...]azari in Classe I., Suecici Gladii, Hanoverani Guelphorum, Au-
[...]ci Mariae Theresiae in Classe III. Equiti; gladiis praeterea deco-
aureo adamantibus ornato atque „propter Warnam occupatam‘,
[...]ripto, nec non aureo „propter virtutem“ inscripto, etc. etc. etc.

NEC NON

PATRI

OPTIMO, CARISSIMO, DILECTISSIMO

RAFFALOWITSCH

HASCE

STUDIORUM PRIMITIA

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

I. INTRODUCTIO HISTORICA.

ae nostris temporibus partes belligerantes vastum Syphi- occupant campum: utraque aeque persuasum habens de tate *suae* opinionis, aequali utraque certitudine et perti- a verbis et scriptis certans, utraque aeque factiosa et in- m se excludens! — Prima earum — huc pertinent sec- res *veteris* sic dictae *scholae* — tot saeculorum inni- experientiae, innumerabilibus omnium aetatum obser- onibus, clarissimorum in arte medica virorum auctoritati; ilidem morbum esse docet *specificum*, sui generis, quod phaenomena et sequelas ab omnibus ceteris differentem, exorta infectione, initio semper *locali*, mox per resor- nem materiae peccantis, *virus syphiliticum* a multis cupatae, totum organismum, totam substantiam in con- sum trahat, peculiaria, et alias nusquam, eodem saltem ine nusquam occurrentia symptomata producat *consecutiva*, s naturae viribus absque artis auxilio nunquam ad sani- m redeuntia. Morbum hunc, vetus contendit doctrina, m nonnulli semper inter homines extitisse, alii vero unte demum saeculo XV, et quidem epidemice inter rcitus multis laboribus et inopia defatigatos se manifestasse umant — tanquam affectionem specificam, sine analogo in versa nosologia, non nisi curae cedere specificae, *remedio ecifico*, cujus effectus principiis generalibus explicari non sit, quod tamen affinitatem chemico-vitalem cum veneno hilitico habeat, itaque actionem ejus organismo infestam eat et per excretiones criticas hunc in integrum reducat, xime est verisimile. *Mercurium* denique hoc remedium e docet, cujus diversissima praeparata diversissimis formis jus opinionis asseclae administrant.

E diametro illi opposita est theoria partis, quae *novae* i *scholae* nomen vindicat. Pauci quidem tantum inde ab

origine hujusce elapsi sunt anni, sed exortam se esse af
mat ex sententiis clarioribus recentioris medicinae, nullas
ad hypotheses recurrere velle, solamque physiologiam pro t
agnoscere: quapropter indolem syphilidis specificam omn
negat — causas, decursus et exitus illius certe peculiares e
sed tantum quatenus unusquisque morbus characterem hab
constantem; solas tantum rationes physiologicas corporis nos
solas sympathias, quas semper in variis illius invenimus
ganis, aliquam in syphilidem exercere vim; ab illis tantu
non a veneno specifico, phaenomena pendere et explicari
dicta consecutiva, cum notio veneni, qualem hydrargyropl
concipiunt, minime accipi possit, sed quasi residuum barba
rum illorum temporum, quibus vivus organismus pro reto
habebatur chemica, rejicienda sit. Quam ob causam qua
cunque remedium indagare specificum, supervacuum esse, qu
multo tutius, citius et jucundius morbum secundum le
generales therapiae sanare possimus; et quod ad mercuri
remedium antisyphiliticum κατ' ἐξοχὴν spectet, hoc me
camentum tam heroicum, tam differens et organismo ta
inimicum, eo magis respuendum esse nova praetendit scho
quod huic ***soli horrenda, olim syphilidi adscrip***
symptomata consecutiva, ossium affectus et devast
tiones foedae faciei tribuenda sint. Quumque plurin
syphilidis phaenomena, praecipue primaria, cum inflammatio
juncta sint, haec doctrina nonnisi communia adhibet ***remedi***
antiphlogistica et hoc modo sat prophylaxeos coaffectio
totius organismi sese opposuisse credit. Propterea method
haec ***antiphlogistica*** salutatur (traitement simple, simp
treatement).

Talis est praesens opinionum medicorum conditio. Nu
consideremus causas, quae tam subito illos impellere potuerin
ut a more consueto a majoribus tradito discederent, cura
priorem vix non arithmetice constitutam relinquerent, omn
busque fallaciis et discriminibus novorum experimentoru
sese concrederent. Conemur paucis progressum hujus aposta
siae medicae (sit venia verbo) diligentius eruere — eumqu
in finem examinemus tam statum artis nostrae in saecul
superiori, quam societatis humanae in genere: tunc enin
necessitas novae methodi nobis perspicua fiet; pro ***rea***
ctione nempe haberi debet, quales tam saepe in histori

nimus gentium. Omnis enim quamlibet in partem actio ntrica secum jam conditiones similis fert renisus, qui ipse magis ad extremum tendit, quo illa longius a recto abiit io, utraque extrema e proelio non prius discedent, quam r ea diuturnitate pugnae defessa, aequilibrium restituatur.

Quare mirandum non est et novam doctrinam minime, ti fautores ejus contendunt, nimia non postulare: hoc in m natura positum! Mirandum non est, illam syphilidis blem specificam negare, mercurium absolute nocentem, irntem, incendiarium existimare solique illi ossium affectiones uere — quum contra medicamen hoc tanta cum efficacia ine ulla noxa aliis in morbis adhibeatur inflammatoriis, nicis aeque ac acutis, quumque ossium affectus post inionem syphiliticam et ibi inveniamus, ubi nullam quaereaeger curam, ut saepe ruri, vel in regionibus septentriibus, ubi affectiones hae quamlibet sequuntur haud raro ndi methodum: Mercurii adversarii semel novam, quam erunt, viam ingressi, ulterius non procedere non potuerunt que praevidendum erat, mox scepticos prodituros, qui, ti naturam specificam rejecerunt syphilidis, indolem deniejus contagiosam contra quotidianam experientiam denent: juvenes temerarii in Gallia et Anglia in suo corpore ulationem syphilidis experti sunt quam tristis in multis ta est poenitentia. »On a elevé des doutes récents r la contagion de la Syphilis, Rostan nobis narrat (1) malheureuses expériences ont été tentées par de jeunes méraires dans le but de prouver que le virus syphilitique existait pas, quelquesunes ont été suivies d'un repentir ner. Ib est plus que vraisemblable que les auteurs de ces inions refuseraient de s'exposer à un coït impur.«

Irrequietae mentis humanae est, nunquam neque in vetis indagatione neque in aberrationibus metas agnoscere!..

Postquam enim Fernelius (n. a. 1497 † 1558) msi adversarius acerbus mercurii, cujus actiones nocentes abusu frictionum illis temporibus saepissime et absque ericordia adhibitarum didicerat, primus venenum syphilitia existere docuit (2), et Guajacum ut summum certissi-

(1) Cours de médecine clinique, art. *syphilis*.
(2) vid. Desruelles Traité pratique des maladies vénérien-; Paris 1836. 8vo; Ire part.

mumque remedium ad hoc ex corpore expellendum lauda[v] et postquam Astruc (n. a. 1684 † 1766) iste »romanc »des maladies vénériennes« secundum Jourdan, ad virus s[y]philiticum definiendum multas excogit averat hypotheses, ill pro acido, vel salso et lympham inspissante habuerat, itaq actionem explicavit mercurii, qui pondere mechanico viscid discutiat humores, secretiones provocet et hoc modo vir ex organismo educat — postquam haec omnia facta sun inter medicos sensim opinio vigere coepit, virus syphiliticum quod nemo jam in dubium vocabat, semel in corpus intı ductum nunquam penitus ex illo eliminari posse, nunqua morborum syphiliticorum sanationem perfectam fieri, vir venereum serius ocius variis sub formis denuo in lucem pr dire eoque correptos etiamsi restituti videantur, virus nihilon nus soboli suae per hereditatem relinquere.

Sic Baglivi a Desruelles citatus (1) »affectionem s »philiticam, semel in corpus receptam, difficillime expe »posse contendit, illam interdum mitigari, extingui vero nu »quam!« — Eandem sententiam defendit Sanchez, medic Lusitanus (n. a. 1699 † 1783), qui 40 annorum exp rientia edoctus »a syphilide nunquam sanari posse adfirma »illam in succos transire et in perpetuum inficere; chron »cas aetatis provectioris affectiones nonnisi sequelas es »morbi apud homines juvenes adhuc et robustos per specie »tantum sanati.« — Desruelles vehementissime in h invehitur effatum, quod *absurdum* vocat (2), veritatem eju penitus rejiciens; at vero quis infitias ibit crebros in vene excessus et frequentissimas juvenilis aetatis infectiones syph liticas, corporis sensim destruere constitutionem et tot tanti que senectutis malis ansam praebere?

Mox autem ulterius medici progressi sunt; haud eni contenti, virus in corpus receptum pro indelebili declare — illius etiam in aegris praesentiam suspicari coeperunt, quo rum morbi cum venereis *similitudinem* habebant, null tamen confirmata antecedente infectione; quod vero pessimu erat, huic hypothesi innixi antisyphiliticis, periculosis sub jiciebant curis mercurialibus aegrotos, in quibus virus adess

(1) libr. cit. p. 45. (Edit. de Brux.)
(2) libr. cit. pag. 63.

iecerunt, et ita illis non minus, quam ipsae scientiae no-
e nocuerunt, quae hoc modo omnem amisit normam re-
tu aetiologiae et decursus syphilidis. Sic legimus apud
senstein (1) (n. a. 1706 † a. 1773) longam morbo-
enumerationem, quorum sub specie virus syphiliticum
abscondere possit, quique secundum auctores sint: Cepha-
ia, ophthalmia, coecitas, otalgia, surditas, ozaena, an-
e, aphthae, raucedo, tussis, pleuritis, haemoptysis, asthma,
isis, dysenteria rubra, coxalgia, fluor albus, hectice, atro-
, febris tertiana et quartana, debilitas articulorum, rheu-
ismus, podagra, convulsioues, epilepsia. — Rosenstein
terea multas nobis aegrotorum narrat historias, ubi virus
ereum plures, et quidem *triginta* annos et amplius in
ore latuerit, antequam sese manifestaverit, quos casus
otenus transcribo ex versione Murray: „Ein 2jähriges
ädchen wurde von ihrer Magd angesteckt, die Essen für
kaute, und an der man hernach große Geschwüre an
m Körper und andere zuverlässige Zeichen des veneri-
en Uebels entdeckte; die Ansteckung gab sich an dem Kinde
cht eher als 9 Jahre hernach zu erkennen und ver-
th sich zuerst durch den Kopfgrind (tinea); der *spiritus*
ercurialis der vier Monate lang gebraucht wurde, schien
gesund zu machen, das Jahr darauf kam der Aus-
lag wieder, aber gelinder. Es erfolgten aber fressende
eschwüre im Halse, sie fing an durch die Nase zu reden
d war oft heiser (2)." — „Zwei Geschwistern wur-
n von ihrer Amme angesteckt, welche die Nase verlor,
s sie den Dienst der Eltern verließ. Das venerische
ift brach nicht eher an diesen aus, als bis sie ungefähr
) Jahre alt wurden (!) (3)." Idem auctor observatio-
n citat a Goulard (4) publici juris factam: Mulier quae-
n tota in corporis superficie ulcera pustulasque exhibebat,
aque maritus illius, hoc tempore perfecte sanus et robustus,
fessus esset, se ante 15 annos ulcus syphiliticum tumo-

(1) Kinderkrankheiten, übersetzt von Murray, ed V. 1785,
. 27. p. 684.
(2) Rosenstein libr. cit. pag. 698.
(3) ibidem.
(4) Oeuvres de Chirurgie T. II. pag. 19.

remque inguinis habuisse, Goulard ex eo conclusit, mul ris eruptionem pustulosam veneream esse. „Der Ausga „bestätigte sein Urtheil, denn so wie man die Kur mit d „Merkurialsalbe fortsetzte, minderten sich auch die Zufä „und verschwanden zuletzt ganz." Tum Goulard et n rito proposuit eidem sese subjicere curae, ne mulier den infectionis periculum subiret; consilio vero hoc non accep uxor iterum infecta est, virusque in pectus transsiliens vita miserae eripuit. „Den Mann konnte man deswegen de „noch zu keiner Kur bewegen, weil seiner Gesundheit so „nichts fehlte, so wie er auch noch über 25 Jahre na „dem Tode seiner Frau in diesem Zustande lebte." — H ergo virus 40 annos in mariti corpore latuit, uxorem sustul in illo minime se manifestans! Hanc vero alias esse inf ctam — quae conjectura in oculos incurrit maximeque pr babilis est — neque Goulard suspicari videtur, neque R senstein, qui contra illam observationem ita commentatu „Es ist besonders, daß sich diese Krankheit bei vielen ve „borgen hält, und zwar bisweilen einige Jahre lang, „man gleich völlig überzeugt (?) ist, daß das Gift im Kö per liege und andere davon angesteckt worden sind" (1). — S judicaverunt clarissimi medici, sic opiniones praejudicatae etia ingenia erroribus implicant! — Discat ex his exemplis Le tor Candidus, quam pauca facta demonstrata, observatione que quam paucas luculentas ars nostra nobis offerat, quan que vacillantia sint permulta eheu! in medicina praecepta!. Rosenstein praeterea nonnullos affert casus admodum m rificos ut exemplum, quo epilepsia, post amputationem bra chii in milite exorta, nonnisi frictionibus mercurialibus sa nari potuerat, quia aegrotus diu antea malo laborasset vene reo neglecto. Simili modo vir quidam quinquagenarius, jam sextum per annum atrophia et debilitate correptus, quas ne que Stahl neque Hoffmann auferre potuerant, Montispel denique, ubi facultatis medicae professores causam suspica bantur syphiliticam, per frictiones mercuriales, *cum cur lactea* junctas, sanatus est, aeger quamquam sancte affirma bat, neque se ipsum, neque parentes vel nutricem, affection

---

(1) Conf. Rosenstein libr. cit. p. 699.

ibet syphilitica unquam laborasse (1)! Noli inquirere Le- Candide, utrum frictiones mercuriales, an cura lactea ae- um illum sanaverint. . . . . —

Ubinam autem quaerenda est hujusce *syphilidomaniae*, icos saeculi proxime elapsi cruciantis, causa? ubi causa plicationis venereae ubicunque praejudicatae? Nulla, credo, in re, quam in morum increbidilem in modum aucta uptione, quae saeculo XVII. et XVIII. ex Gallia, velut ro, totam inundaverat Europam. Quis non perhorrescit ginem in commentariis historicis illorum temporum nobis tam — ubi omnes inter societatis classes, summa regna- effrenataque licentia, ubi vincula jugalia ludibrio ha- ntur, juventus ubi ab incunnabilis corrumpebatur, ubi lissimis in coetibus, imo matronarum in praesentia, dis- batur de affectione syphilitica (»d'une maladie ga- «) sicuti nostra aetate vix de tussi vel coyza sermo ubi, si narrationi Grimm, Germani Parisiis degentis, est habenda, coetus inveniebantur, in quibus omnes con- e viri aeque ae foeminae, nudi penitus apparebant; hisce entibus libidinosissimis (»bals à l'anglaise«) summi in blica principes interfuerunt. Legas, Lector Candide, quae échal de Richélieu, quae Hamilton, quae Casa- a de Seingalt nobis narrant et non amplius miraberis, medici illis temporibus plurimis in morbis vel luem lar- m, vel complicationem syphiliticam suspicati sint! Illo ulo, quo maritus quidam nobilissimus, sic legimus apud nilton, data opera se infici curavit et hoc modo uxorem perfidam inter coitum, et ejus ope amatorem foeminae cendi causa infecit; ubi matrona viro triumphans litteris ntiat, se urethritide illum donasse ad vindictam exi- am; ubi poëta octogenarius opus »la pucelle d'Orléans« cribere et publice in coetu numeroso virorum et matro- m recitare potuerat; ubi syphilidis curatio pharmacopolis mforaneis et arcanorum venditoribus commissa erat, mer- que sublimati denique recenti iterum commendatione sa- nes ubi citius, sed non magis radicitus perficiebantur; — dico temporibus excusandi erant medici, quod ubicunque

(1) Conf. Boissier de Sauvages Nosologie méthodique, II, p. 2 a, pag. 383. — Rosenstein, libr. cit. pag. 703.

luem videbant veneream quodque Rosenstein, ut supra moravimus, 26 morbos enumerat, quorum syphilis for induere possit.

Tunc Lectori sat cogniti exorti sunt in Gallia eve publici, cruentis litteris historiae paginis inusti aeneis! Ord nobiliores patrimonio divitiisque amissis, vel caput se submittere, vel in triste exilium migrare coacti sunt, bell que internecivum omnibus privilegiis et praerogativis, a jure traditorio derivatis, illatum est. Et medicos vertigo l corripuit revolutionaris, cujus jam fundamenta Hunter opere suo (1) jecerat, id quod scripta philosophorum Ga rum *Encyclopaediae* auctorum fecerunt respectu rerum p ticarum: Mecurius quasi absolutum et specificum remed antisyphiliticum regno expelli, ipsa syphilis privilegio spe citatis spoliari, principiumque aequabilitatis perfectae in nes quidem morbos deferri debebat! Jam a. 1792 Pu chirurgum militarem Gallum, mercurium rejicientem vidin affectiones syphiliticas primarias simplici methodo curant a. 1796 Gallée inspector sanitatis exercituum Gallorum valetudinario Brestiano omnes syphiliticos sine merci sanat; a. 1799 Clutterburck idem in Britannia susci 1800 Kéraudren curam syphilidis simplicem adoptat; 1803 Sarleson mercurio in lue sananda tartarum stil tum refracta dosi (l'émétique en lavage) substituit cum s cessu; eodem tempore Thomson, Anglus, affectiones ve reas secundarias sine mercurio sanari posse, adfirmat. F guson, medicus castrensis Anglus, a. 1804 in Lusitania servat phaenomena syphilitica illis in regionibus non sol mercurio resistere, sed ejus post usum demum affectio apparere secundarias, quae e contrario in nosocomiis ab i per biennium gubernatis, mercurio omnino rejecto, ex t incognitae erant, quod alii medici et in Hispania confirma Ab anno inde 1808 usque ad 1813 curatio antimercuria et in Bavariam, Americam septentrionalem et in Britanni — Rose, Guthrie, Hennen, Carmichael, S. Coop multisque aliis operam dantibus — increbruit. (2)

(1) A treatise on the venereal disease by John Hunt London 1786. 4o.

(2) Amplius de hac re tractatum invenies in Desruell op. citato p. 96—109.

Anno 1815 Broussais, ille Napoléon medicorum, qui minus fere sauguinis per hirudines, quam magnus hic ator per arma et exercitus effuderat — hasce promul- *propositiones*, quae, etiamsi non omnino probandae, minus ingenii acumen beatissimamque ubertatem prae- hujus demonstrant medicinae reformatoris: »Syphilidem ussais morbum esse dicit, cujus ad sanationem, quamdiu lis sit, antiphlogistica localia et praecipue numerosae suf- nt ***hirudines***; qui autem, si inveteraverit, nonnisi anti- gosi cedat strenuiori abstinentiaeque, quibus tamen, ut e aegrotos debilitantibus, lubentius medici mercurium et rifica praeferant, remedia per revulsionem in vasa capil- depuratoria (capillaires dépurateurs) efficaciam exseren- haec vero non sat caute adhibita facile ***gastroenteriti-*** provocare vicissim in affectiones syphiliticas externas ites easque evehentes, vel etiam viscera adficientes fran- esque. Excitantia topice adplicata ad mala syphilitica riora plerumque ea reddere et tantum si levis sit irri- , stimulo novo priorem removeri. Esse ***Praedisposi- em ad syphilidem*** (aeque ac sit ad scrofulosin), ***qua editos homines multo difficilius curari, quam ros.«*** — Hanc ultimam Broussaci opinionem typis is scripsi, mihi enim maximi momenti in ferenda sen- de veneno syphilitico esse videtur, nec non ad multas andas difficultates, quas syphilidis indolis specificae unt adversarii.

Anno 1822 Methodus Simplex in Sueciam introducta t Wilhelm eam in valetudinario adhibuit Mona- i (1), quum jam a. 1816 Brünninghausen primum rmania eam expertus esset. A. 1825 Fricke curam logisticam in nosocomio communi Hamburgensi (allge- s Krankenhaus) administravit et mox ardentissimus defensor mercuriique adversarius factus est. (2) Me- simplex denique inde ab anno 1831 a C. Kluge, ptore meo summe venerando, in Nosocomio Caritatis iensi sola adhibetur, mercurio plane rejecto. Quo duce it mihi per 6 menses in centenis utriusque sexus aegris,

---

) Desruelles l. c.

) Vid. Annalen der chirurgischen Abtheilung des allgemei- rankenhauses zu Hamburg, v. Fricke. Hamburg 1828. B. I.

in statione sic dicta syphilitica (vulgo der Pavillon), syphil
observare, complexumque eorum, quae ex tirocinio meo
dici, sequentibus in pagellis ingenue, et quantum mihi
suadere potui, exponere conabor.

(Quod ad numerum aegrorum a die inde 1ma m.
tobris a. 1837 usque ad diem 31 m. Martii a. 1838 in
tionem syphiliticam receptorum, vir illustrissimus Kluge su
cum benevolentia haecce mecum communicavit:

Die 1ma m. Octobris remanserunt in statione ex trimestri antecedente	38 vir.	56 mul.
Recepti sunt novi aegroti ad diem 31. m. Decembris: ex urbe	129 -	116 -
ex aliis station. nosoc. Caritatis	9 -	28 -
	176 -	200 -
A die 1ma m. Januarii a. 1838 usque ad d. 31. m. Martii recepti sunt: ex urbe	109 -	123 -
Ex aliis stationibus nos. Carit.	24 -	36 -
peregrinorum	1 -	2 -
	134 -	161 -
Summa totalis:	310 vir.	361 mul. = 671

Aegros adire Kluge mihi non solum permisit di
studiosorum medicinae institutioni dicatis, sed etiam bis
terca per hebdomadem una cum medico stationi praef
quam propter benevolentiam erga me publice illi ex imo
ctore summas ago gratias.)

II. DE DIFFICULTATE ACCURATIORFS CIRCA SYPH DEM OBSERVATIONES INSTITUENDI.

Inter omnes morbos syphilidem illum esse, in quo
tior penitiorque indagatio dificillima sit, jure contendi
mihi videtur. Quum nempe in praxi quotidiana aegri lu
tes omnia data aetiologica, quae dijudicanti medico ali

possunt momenti, exponant, statumque et naturam mali
ne celent, contrarium ex toto in syphilide laborantibus
us: omnia hic, praecipue a sexu sequiore, tentantur ad
um eludendum, momenta occasionalia vel omnino dissi-
tur, vel imponuntur illi falsa, ita ut in praxi privata
ue nobilioribus et aegrotorum relationes falsae, et dif-
s, maxime in mulieribus, locum inspiciendi affectum,
gnosis denique morborum venereorum haud expedita —
haec concurrant, ad delectum curationis therapeuticae
impediendam. Si foemina fluore albo adfecta sancte
at, se malum suum ex aqua e cyatho sociae (cujus pro
n integritate sane spondere nequit) hausta contraxisse,
e indicium ad explicandam mali naturam syphiliticam
re autumat, vel amiculo ejus induto, vel similes affert
s, tum medico nulla alia superest via, quam aut re-
necessaria seponendi contraque morbum ipsum nihil
iendi, aut contra saepius decepto eoque modo pruden-
facto, multis in casibus, ubi nulla revera locum habue-
nfectio venerea curam instituendi antisyphiliticam, quae
certa non adest indicatio necessitasque, nonnisi nocere
t; idque de mercurio praecipue dici debere, inficias ire
us. Saepe aegroti, maxime mulieres, se infectas esse
no ignorant, infectione a marito libidinoso communicata;
usque ad foeminam, statum suum non suspicantem, ac-
ur non prius, quam malum progressum extensumque
et ne tum quidem diagnosis semper expedita est, quum
us plerumque culpam suam non confiteatur. Neque
s etiam aegroti confessio semper magni est ponderis: si
nos vir, balanitide vel ulcere glandis post coitum ad-
, certine sumus, mala haec syphilitica esse? Vel puella
ublica, quae ex nosocomio Caritatis in integrum resti-
dimissa, tertio jam die rediit, postquam brevi hoc tem-
spatio *tricies ter* sese prostituerat, num excoriationes
us vagina vel ulcerationes venereae, an tantum ex nimia
ranae pudendi mucosae irritatione exortae erant? —
c semper ubi occasio nobis data est, puellam, quae vi-
infecerat, explorandi, haec indagatio docere nos potest,
n num infecti malignum an benignum sit, etiamsi Hun-
contendit, unum tantum certum existere signum, ex quo
rem syphiliticam esse, concludere possimus „die Versi-

„cherung einer zuverlässigen Mannsperson nämlich, da „von derselben angesteckt worden ist" (!) (1). Nam v syphiliticum cum puella coire, illamque postea cum alio tore infectionem communicare posse, nullo tamen in ge libus foeminae phaenomeno suspecto vel minutissima inc tione detegendo, una cum **Kluge**, **Desruelles** (2) et quidem **Hunter** (3) credo. Materiam enim contagiosar vagina inter coitum deponi et alium ad infectionem opp num postea inficere posse, puella nequaquam adfecta, ma est verisimile.

Adde hisce omnibus difficultatibus et illam, quod *culum uteri*, quo ad explorationem partium genitalium liebrium minime possumus carere, certum si velimus de nitate foeminae judicium ferre — in praxi privata rarius hibere licet, quum etiam in nosocomiis scorta, introduct corporum alienorum in vaginam adsueta, usum illius non maxime invita patiantur (4). —

Sed alia sunt momenta, quae sicut singulis in casibus dia sin difficiliorem reddunt, ita quominus summa observatio theoretice eliciatur impediunt, illaque maxime in falsis ae torum relationibus posita sunt, quae omnino saepissime in rores nos inducunt: haud lubens quisquam excessus con tur, qui bonam ejus famam et relationes públicas in dis men vocare possunt; ita ut perpaucae tantum auctorum c morbos venereos observationes severiorem sustineant pers tationen. Sic exempli gratia, in amplo quodam nosoco syphiliticorum juvenis nobis ostenditur, condylomatibus minatis in utroque scroti latere femorumque parte inte adfectus, qui coitum se exercuisse omnino negat mal que socio, sine dubio infecto, imputat, eundem secum le lum occupanti. Hunc casum medicus valetudinario praep tus nobis velut argumentum infectionis venereae absque concubitu offert et pro tali ad diarium refert. Explorati vero repetita partium genitalium aegroti, in praeputio, nulo et corona glandis parvula invenimus condylomata a

(1) Conf. **Richter** *chirurgische Bibliothek*, B. IX. p. 22
(2) Libr. citat.
(3) **Richter**, chir. Bibliothek l. c.
(4) Conf. **Most** Encyclopädie etc. ed. 2a, B. I. p. 56.

ta, quibus conspectis statim omnibus perspicuum reddi- juvenem illum nobis imposuisse quod postea etiam con- r. — Tales conclusiones temerarias vel cautissimus me- haud raro colligit, quare maxime circumspecte legendae omnes observationes in scriptis quotidie velut decretoriae ci juris factae; nam et illud, quod statim apposuimus, plum non penitus rem demonstrat. Nonne potuit aeger r, condylomata revera ex concubitu cum socio syphilitico ahere? Nonne praedispositione ad vegetationes anoma- u cute evidenter existente, illae potuerunt aeque se in utio et glande, ac in scroto evolvere? Nam ponamus il- et coitum cum scorto exercuisse, syphiliticum ne hoc e, certum est? Nonne irritatio vel tantum excitatio su- iei glandis potuit quasi momentum agere occasionale ad ylomata jam alias luxuriantia, et ibi producenda?

Quoties de voragine cogito, ad quam similis recensio rior singularium observationum nos adducat, anxium me confiteor; tum nempe omnis cessaret circa syphilidem rientia, praecipue quod ad methodum curandi; quolibet modo sanata affectio syphilitica ancipitem admittit ob- onem: reverane malum illud venereum fuerit — aliaque scunque curatio vel et nulla quidem nonne eundem ha- ra fuerit successum?

Quaestio de ***recidivis*** similem nobis offert difficulta- quas nempe post methodum antimercurialem frequentio- esse multi contendunt. Sed de hac re certas colligere rvationes haud expeditum est; in nosocomio Caritatis linensi, ubi solae puellae publicae, quasi *ex officio* se- et longiori subjiciuntur observationi, nequaquam plu- ori in casibus dici potest, novane infectione scortum paulo s dimissum, ad stationem redierit, an morbus prior a livus sit? Viri rarius breve post tempus revertuntur, si hoc fieret, quis aegro novam infectionem deneganti let, ejusque indicia pro certo habebit argumento? — re nescio, quomodo praeceptor meus summe veneran- Jüngken, quem persaepe affirmantem audivi, »reci- vas affectionum venerearum eo ex tempore praecipue rolini frequentissimas factas esse, quo methodus simplex nosocomio administrata sit Caritatis« — opinionem suam nonstrarit. Eandem objectionem et praeceptori meo ex-

perientissimo Trüstedt opponi posse, quis negabit? nempe, adversarius curae antiphlogisticae, in praejudiciu lius narrat, »multos aegrotos, praecipue nautas, quos Fri »Hamburgi sine mercurio curaverat, paulo post ad nosocon »Magdeburgicum (urbs haec ad Albin fluvium sita, cr »commercio cum Hamburgo utitur) cum recidivis venisse sed unde hic certum firmumque documentum petendum aegros in itinere vel alias, non iterum se exposuisse ctioni? — Tunc tantum recidivam suspicari possumus, in homine antea ***plane sano***, brevissimo temporis sp symptomata extensionem ***stadiumque*** attigerunt talia, lia phaenomena ***primaria*** nonnisi post longam diuturn tem offerre solent; sed ne hoc quidem signum sen certum.

Novum praeterea medico quod ad diagnosin oritur pedimentum, confusionem adhuc augens, ex eo, quod h raro ulcera syphilitica genuina in genitalibus inveniuntur, men longo ex tempore coitu non commisso: ulcera sypl tica scilicet ***consecutiva***, ad quae praecipue clarissi Rust, praeceptor meus, attentionem nostram direxit. N in aegris lue sic dicta universali laborantibus, laesiones cu traumaticae, excoriationes insontes in ulcera interdum mut tur venerea, vel haec et sponte nascuntur, quod equid ipse vidi: ulcera haec sicut in qualibet cutis parte, ita et genitalibus erumpere posse, neminem fugit; quomodo v medicus distinguet hic, qualem affectionem ante oculos l beat, aegroto affirmante, plures se jam menses nulla cu foemina commercium habuisse (1)? Medicus non semper s tim dyscrasiam totum corpus corripientem perspiciet, n semper in genitalibus cicatrices priorum ulcerum inveni quae prorsus existant haud necesse est; potest enim qu quam infici nullo antecedente coitu, vel per contagium s

---

(1) Liceat mihi tamen in parenthesi hic addere, laesiones c tis syphilide correptorum, minime omnibus in casibus in ulcus m tari venereum, sicut multi credunt: saepissime vidi, vulnus po phimoseos operationem vel totalem circumcisionem, in aegris co dylomatibus vel ulceribus glandis et praeputii adfectis, paucis di bus per primam intentionem reuniri, idque plurimis in casibus qu mihi observare contigit, locum habuit.

iticum vulneri cutis insitum, vel membranae mucosae oris licatum etc. Ita Kluge casum vidit, ubi nonnulli texto- una in officina laborantes, ulcera contraxerunt faucium condylomata pharyngis, quia communi utebantur tubulo telam textoriam conspergendam (Pustrohr), idque adhi- atur et a socio illorum talibus malis in ore adfecto. Si- modo et inter partum haud raro vel parturiens ab ob- rice, vel haec a parturiente inficitur (1); — quaenam via iedico tali in casu eligenda? quomodo exempli gratia, inda est foemina ab obstetrice infecta, postea ulceribus ium correpta, dum plerumque medico nullam mali causam rre potest? — (2)

Ad quam quaestionem difficillimam non antea respon- licebit, quam aliam absolverimus: ***Certamne habea- s omnino singularium formarum syphiliticarum gnosin?***

Permultos hanc medicos negaturos esse, haud ignoro;

---

(1) Conf. J. Wendt die Lustseuche in allen ihren Richtun- und allen ihren Gestalten etc. Breslau 1825, ed. 3a, §. 9.

(2) Dr. Sick narrat, obstetricem inter partum foeminae sy- iticae ita se per digitum laesum infecisse, ut non tantum ul- omnino venerei criteria exhibuerit, sed mox ipsa ulceribus sy- iticis labii inferioris, palati duri et mollis et carie ossium nasi, nthemate syphilitico et rhagadibus correpta fuerit; nihilominus italia miserae erant „frei von jeder blennorrhoischen und ulcerösen chaffenheit, auch waren nicht die geringsten Narben eines dagewesenen Ge- würes vorhanden." Infectio obstetricis locum habuit die 4o. m. i a. 1830, exploratio illius medica die 1o. m. Martii a. 1831; temporis spatio illa adhuc 7 tam puerperas quam neonatos cerat, quorum aliae ulcera genitalium, aliae exanthemata tantum hilitica, aliae denique nonnisi ulcera faucium sine ulla pudendi ctione exhibuerunt. (conf. Medic. Zeitung herausgegeben vom eine für Heilkunde in Preufsen; Berlin 1837, No. 13.). Most ervationem evulgat in opere suo (Encyclopädie der gesammten dic. und chirurg. Praxis etc. 1836; ed 2a; T. I. pag. 460.), medicus digito indice vulnerato versionem in parturiente su- cta („verdächtige Kreißende") perficiens, 14 post dies inter motus riles toto in corpore exanthemate syphilitico, condylomatibus s circa anum et ulceribus venereis in faucibus correptus, non cura severiore plures per hebdomades adhibita (pilul. ex hy- rgyro muriatico corros. Dzondi, decoct. rad. sarsaparillae, diaet. c.) sanatus fuerit: ulcus in digito omnes characteres obtulit hilitici aeque ac cicatrix ejus.

imo tali diagnoseos, secundum opinionem suam, incertitud
utuntur ad mercurii usum plane rejiciendum — hoc re
dium periculosissimum praetexentes, saepe in affectionibus
nignis atque omnino non syphiliticis ab hydrargyroph
adhiberi; quum contra methodi antiphlogisticae advers
contendant, plurimos sine mercurio sanatos syphiliticos
fuisse. Sic Fricke se, granulo mercurii sublimati corros
inter glandem penis et praeputium applicato, post 24 —
horas ulcera produxisse affirmat a syphiliticis Hunteria
sic dictis, minime distinguenda. Eadem et Desruelles (
se post ustionem ope boleti igniarii observasse narrat,
post introductionem globuli e linteo carpto inter gland
et praeputium, vel denique ope causticorum, cantharidum e
producta. Equidem ulcera observavi per totum eorum
cursum, in nosocomio Caritatis Berolinensi experimenti cau
in superficie interna labii majoris puellae non syphilitica
inque praeputio et glande nonnullorum virorum, ope hydra
gyri muriatici corrosivi producta, quae *minime* pro vener
haberi potuerunt; plura de hac re leges, ubi de ulcerib
sermo erit, ibique indicabimus signum diagnosticum
Kluge primum observatum, quod uno in casu egomet conf
matum vidi.

Quantum igitur me tot aegrorum syphiliticorum obs
vatio docuit, non possum cum Kluge non affirmare: ***Om
nes formas syphiliticas primarias in genere, sua h
bere signa characteristica, pathognomonica, permu
tis in casibus certam permittentibus diagnosin,*** etiam
infitias non eam, quin interdum casus occurrant, ubi diffic
limum sit statuere malumne syphiliticum sit,[1] nec ne? —
Quumque aegroti relatio, mea opinione, perpauca valeat, t
lis si usus veniat semper suaserim, non temere mercuriu
administrare, sed potius antea curam adhibere simpliciore
quamquam grana decem bichloreti hydrargyri methodice, cu
que necessariis cantelis porrecta, vix unquam aliquam affer
possunt noxam; imo de Gräfe, praeceptor meus benevole
tissimus, se ad *triginta* usque illius praeparati grana sensi
administrasse, saepissime quidem optimo cum successu, aff

(1) l. c. p. 137.

. — Sequuntur adhuc generalia quaedam ad diagnosin ctionum syphiliticarum pertinentia; penitiora vero in capi-s singulis formis dicatis exposita leges. —

I. DE COLORIBUS IN SYPHILIDE, UTI MOMENTO DIAGNOSTICO, DEQUE PARTIUM GENITALIUM EXPLORATIONE.

Primum, quod in oculos incurrit phaenomenon affectio-n venerearum — ***color*** est, quem marginem ulcerum oc-antem videmus, superficiem membranarum mucosarum in anitide, elytritide etc., cutem glandulas inguinum inflam-tas obtegentem, quique omnium vegetationum denique ma-ne proprius est. Color hic ***cupreo-ruber***, ad nullam m phlogosin pertinens, multis in casibus tam manifeste ressus est, ut primo statim intuitu medicus expertus sta-re possit, cujus sit naturae inflammatio; quare hoc sym-ma, cujus ne mentionem quidem in Desruelles tra-tu invenimus, minime parvi faciendum est, quum etiam i adhuc morbi constantes nobis offerant colorum mutatio-s: cui ignotus est color rubro-flavescens erysipelatis exan-matici; rubor inaequalis, passim intensior fusciorque pseu-erysipelatis Rustii, rubor violaceus inflammationum ulce-uque venosarum sic dictarum; fuscescens, quo partes mol-. ulceri ossium carioso vicinae induuntur; color cinnabarino-ber, quem inflammationes, ulcera et cicatrices scrofulosae membranis relinquunt mucosis, quod in conjunctiva palpe-arum et maxime in vagina perspicuum est; color denique e stramineo-flavus, quem aegroti, carcinomate ex diathesi niversali laborantes, exhibent. Maxime indagatione digna set causa harum omnium coloris differentiarum, quae etiam dijudicandis oculorum morbis summi sunt momenti, uti ingken, clarissimus ille naturae observator, egregie docet; uum tamen omnibus adhuc datis hanc circa causam carea-us, factorum expositione contenti esse debemus. Itaque olor cupreo-ruber comes est characteristicus affectionum sy-

philiticarum, et quidem circumscriptus semper ille adpa ubicunque, in centro aeque ac marginibus, aequabiliter int sus; invenimus eum in urethritide venerea ad orificium u thrae, in balanitide et posthitide ad superficiem glandis praeputii; adenitides syphiliticae inguinum, tumorum cupr rubrorum speciem exhibent; contra bubones rheumatici Wendt (1) *catarrhales* dicti), scrofulosi et consensual vel sine ulla cutis mutatione coloris sese offerunt, vel pri maxime coloris sunt laete rubri marginibusque diluti. Ipsae q dem oculi tunicae conjunctiva et sclerotica, syphilitica adfect inflammatione, colorem cupreo-rubrum exhibent.

Quapropter una cum Kluge, Rust et aliis, colore hunc signum ***pathognomonicum*** in syphilide esse cense cujus praesentia semper diagnosin certiorem reddit, absent vero neque pro neque contra pugnat; quum enim coloru transitus et variae illorum mutationes tam gradatim et inse sibili fere modo fiant, ut minime certum possimus finem te minumque inter momentum statuere, ubi rubor cupreus es desinat et violaceus, vel roseus fieri incipiat — non semp etiam aeque facile est, definire, cujus generis ille sit, que ante oculos habeamus. Eodem modo aliorum colorum ad mixtio genuinum mutare, vel ex toto diluere potest; sic loc cinnabarino-rubra, quorum supra mentionem fecimus, quaequ Berolini, ubi scrofulosis inter homines ordinum inferioru creberrima est, plurimorum in vagina scortorum inveniun tur, facile ruborem cupreum ulceris syphilitici, talem fort locum occupantis, obscurant. Idem accidere potest in ***gra vidis***, quarum membrana vaginalis mucosa, sicut Kluge pr mus docuit, notabilem exhibet colorem ***violaceum***, quod equi dem ipse saepe vidi; secundum Parent-Duchatelet (2 Jacquemin Parisiis eandem fecit observationem, qui nemp vaginae colorem in gravidis, coloris »violacée ou lie-de-vin« esse affirmat.

---

(1) libr. cit. §. 101.

(2) Sur la prostitution dans la ville de Paris. 1837. cap. III §. V. — Jacquemin contendit se ex uno hoc signo, aliis omnibus deficientibus, dicere posse an gravida sit puella, nec ne? — Quantum ego vero observari, frequentes inveniuntur exceptiones et facile errabit medicus, qui soli huic colori diagnosin superstruet.

Secundum phaenomenon haud minus characteristicum ɪtatio coloris cupreo-rubri in *fuscum* est, ubi ad sanati-ɪm jam prope accedit affectio syphilitica; eumque in ure-ide orificium urethrae occupantem observamus, marginem ɪdumque ulcerum, nec non bubonum ulceratorum; omnium- : condylomatum, praecipue latorum, superficiem; praesentia s, secundum Kluge, certum est signum diatheseos syphili-.e in organismo penitus destructae, ulcere etiam ac blen-rrhoea nondum ex toto sanatis. Sunt tamen aliae affectio-, ut psoriasis diffusa et maxime guttata, quae plurimis in ibus, sanatae maculas fuscas in cute relinquunt. —

Hisce expositis ad *explorationem partium genita-m* in aegris syphiliticis transeamus, quae nequaquam expe-a est, nunquam sat exacte institui potest, inque praxi pri-a permultas offert difficultates.

Pudendum virile magis extus situm, minorque hujusce ɪus verecundia rem aliquatenus expeditiorem reddunt, sem- tamen satius erit, aegroto, ut braccas infra genua demit- imperare, quum saepe quisquam urethritidem offere possit, ɪus diagnosis obscura statim certa evadit, condylomatibus crena ani etc. inventis, quam partem non semper sponte lorandam praebebit aeger. Vix credibile est, quantam ae-ti similibus in casibus medicum decipere operam dent, ɪmque auxilium nostrum contra mala sua querant, nihilo-ɪus causas illorum statumque verum celent. Sic nuper vir dam ad policlinicum de Gräfe venit, in inguine sinistro ɪorem exhibens, per saltum, uti dixit, exortum, ita ut primo mento herniam ante oculos habere crederemus; quum tamen ɪor cupreus circumscriptusque tumoris, et praecipue timidi-, qua aeger braccarum fibulas laxaverat, attentionem no-ɪm unice ad regionem advertens inguinalem, suspecti nobis erentur, aegrotus praeputium penis retrahere jussus est, ɔ facto extensum in corona glandis invenimus ulcus syphi-cum, herniaque illa in bubonem statim mutata est vene-m! — Simili modo memini, medicum juvenem in exan-matum cognitione valde versatum, in clinico medico-chirur-o Trüstedt militem nobis ostendisse, efflorescentia pa-osa in inguinibus et regione hypogastrica adfectum; quod dem malum a medico domi privatim exploratum pro *ythemate papuloso* (Biett) habitum est; nobis vero di-

agnosis haec non aeque certa visa est, quare praeceptore r
tro Trüstedt praesente, aegrum manus a genitalibus, q
prae verecundia quasi tegebat, amovere jussimus — tum
tum scrotum, internam femorum partem crenamque ani, p
cherrimis, quae unquam mihi videre contigit, condylomati
latis obsita invenimus!... Quapropter medicus nunquam
gligere debet, penis glandem ipse manibus prehendere et
regionem praecipue frenuli inquirere, cujus plicis haud ra
parvula celantur ulcera, vel condylomata; neque anus om
tendus est. Illaesis digitis nunquam infectio immediata
menda, Fricke quidem et vulneratis illis hoc rarissi
fieri (1) affirmat. Nihilominus post unamquamque explo
tionem manus bene lavare prudentis erit medici, ne pus
mucus contagiosus forte nasi vel oculi membranis muco
applicetur, neve alii inficiantur aegroti adhuc examinan
quod maxime in nosocomiis, ubi multi illorum unus post
terum explorantur, fieri debet. Artificium denique memora
dum est, saepe in valetudinariis ab aegrotis urethritide lab
rantibus adhibitum, qui scilicet domum redire cupientes, p
rumque brevi ante medici inspectionem mingere solent et
omnem in urethra collectum abluunt mucum, ita ut ne pr
sione quidem penis aliquid ex urethrae orificio prodeat; s
tum urinae guttulae in eo haerentes, vel ex illa adhuc st
lantes, mox dolum detegent. —

Multo difficilior exploratio est ***naturalium muliebriu***
ubi praeter dispositionem partium anatomicam, verecund
(in praxi privata) quae tali indagatione maxime offenditu
et necessitas impedimentum offert, adjutorem semper adhibe
di, si accurate pudendum inspicere velimus. Medicus vero c
modestia et boni mores, aegrotantium conciliaverunt fiducia
etiamsi adhuc juvenis, assensum semper obtinebit. Administ
